MUSEI
LUCERNENSIS LANGIANI
ARMARIOLUM PRIMUM.
MEMBRUM PRIMUM.
Marina camerata, ſeu monothalamia.
ORDO PRIMUS.
Marina camerata, ſeu monothalamia ſubrotunda,
Echini marini dicta.

Die dickrindige, rundechte, nur mit einer Höhle begabte Meer-Thier, ſonſten die Meer-Apffel, oder die Meer-Igel genannt.

Sunt Cruſtacea marina ſubrotunda camerata monothalamia, id eſt, unicâ camerâ ſubrotundâ donata.

CLASSIS PRIMA.

Echini marini ſubrotundi baſi, et vertice notabiliter plani, ac in utroque foramine donati, Ovarii dicti, propter copiam ovorum, quae plerumque in ſe continent. vulgo: Die Eyer-Meer-Apffel, oder Igel.

GENUS I. Echinus marinus ovarius vulgaris papillis mamillaribus ſcutulatis craſſioribus, armatus, id eſt, radiolis, aculeis, et ſetis ſuis adhuc donatus maris mediterranei. Idem nudus, id eſt, radiolis &c. ſpoliatus.

GENUS II. Echinus marinus ovarius maior papillis mamillaribus ſcutulatis tenuioribus, nudus rufeſcens maris rubri.

Echini marini ovarii partes oſſeae internae.

I. Teſſellae angulosae cum ſuis ſuturis linearibus rectis.
II. Apophyſes cordiformes circa foramen oris in baſi internè ſitae.
III. Decem oſſicula vomeriformia.
IV. Quorum baſes quoque ſunt decem oſſicula phlebotomiformia.
V. Quinque oſſicula columnettaeformia.
VI. Quinque oſſicula imbrici- ſeu lintriformia.

Echini marini ovarii partes oſſeae externae.

I. Papillae mamillares ſcutulatae maiores, et minores &c.
II. Radioli earundem maiores, et minores &c. cum byſſo quandoque illis in extremitate adhaerente.
III. Papillulae ſimplices interſtitia ſcutulatarum occupantes, cum adiacentibus hinc inde foraminulis.
IV. Earumque aculei.

CLASSIS SECUNDA.

Echini marini ovariiformes.

Die Eyer-Meer-Igel-förmige Meer-Igel.

GENUS I. Echini marini ovariiformes, rotundi.
GENUS II. Echini marini ovariiformes, ovati.

CLASSIS TERTIA.

Echini marini conoidaei.

Die kegel-förmige Meer-Igel.

GENUS I. Echini marini conoidaei vulgares.
GENUS II. Echini marini conoidaei ventricoſi.